

23  
 Dilecti filij salutem & apostolicam benedictionem. Supplicarunt nobis dilecti filij communitas & homines terre nostre Aquependen. ut eis de tracta grani quoniam valde indigent usque ad summam ducentarum salmarum providere dignaremur. Quare nos eorum necessitati subuenire volentes committimus & mandamus nobis: ut habita informatione de eorum indigentia provideatis: ut ex terris istius provincie non deputatis ad abundantiam urbis nostre solutis debitis et consuetis gabellis, ac iuribus camere apostolice extrahere possint pro eorum indigentia & necessitate, usque ad dictam summam ducentarum salmarum grani & non ultra. Non obstantibus prohibitionibus et mandatis nostris hactenus factis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Rome apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die XVI. Ianuar.  
 Mcccc. lxxvi. pont. nri Anno Secundo.

L. dathus.



84.  
Concessio habet saltem ductas grandis castro frequentibus de  
curis provincie pro beneficiis d. civitatis cause indicatis, que  
tunc d. civ. habebat. v. Pauli PP. secundum sub  
anno d. 1466

Dilectis filiis Carolo de Herulis  
Thesaurario provincie nri primonij  
ac Ludouico de fulgerijs Commissario nro

12